

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Sapiencia uel sciencia an  
cum fonte primo

Sciencia litterarum,  
quod primum est, in homine mores purgat;  
quod secundum, uerborum gratiam subministrat.  
Ita utroque beneficio mirabiliter et tacitos ornat et loquentes,  
  
cuius est facere de irato beniuolum,  
de suspecto placatum, de austero mitem, de aduersante propitium.  
  
Cassiodorus libro III. epistolarum.

Gloriosa est denique sciencia litterarum,  
quia quod primum est in homine, mores purgat:  
quod secundum, uerborum gratiam sumministrat:  
ita utroque beneficio mirabilis ornat et tacitos et loquentes.  
Ducantur ergo ad penetralia Libertatis laudati merito suo,  
ornati nostro iudicio, habituri sine dubio gratissimum senatum,  
quorum ars est facere de irato beniuolum,  
de suspecto placatum, de austero mitem, de aduersante propitium.  
  
Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, 3.33 (CCSL 96,  
A.J. Fridh ed., p.121, ll.15-22).